



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

§.39. Peccatrix est. Perperam dicit Pharisæus: iam illa mulier non sit illa, quæ fuit, sed alia, sicut Ninue, & vas Hieremiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

atque illud factum iam esse die holocaustum: hoc etiam agit amoris ignis, qui coram in Dei honorem conc. ematur; ut in Magdalena: nam ut ait D. Greg. convertit ad numerum virtutum, numerum peccatorum. Illam inter spiritus illos colloca. cælestes: qui facti holocausta pro peccato duntaxat amoris gratia et incedit: quæ de causa dicuntur Scraphini: *Dilexi multum* iam illam. ne vocaveris peccatricem; sed *sanctum sanctorum*: Sancti sunt eius oculi: sancti eius capilli, qui terguunt: sancte eius manus, quæ lauant, sanctus eius intellectus, qui fide viva credit, sancta eius voluntas, quæ diligit: tota sancta.

Isa. 11. 4.

XIII. Magdalenæ facta est miraculum.

Congruenter dixeris id quod in principio retulimus ex *Isaia: Babylon delicta mea posita est mihi in miraculum*. Ostendit Deus in visione vati hanc, quæ civitati Babylonis forent euentura. Illustissima florebat, ditissima palatii formosa hortis grata, muris altissimis circumdatis, turribus excelis præmunita, quæ ad cælum usque pertingeret velle videbantur: cuius pulchritudo mundi censebatur esse miraculum. Prædicat Dominus *Isaia*, breui tempore ab hostibus coronâ cingendam, talique exortendam strage, ut eam incendio tradentes in cinerem converturi sint: eius palatia in cubilia draconum, hortos in ericeta lapparum & viticaram. Obstupescit Propheta & exclamabat: *O Babylon civitas charissima, facta es mihi in prodigium*. q. d. Te contemplor ita mutam, ut miraculum censeam tantam in tantillo tempore videre mutationem. Vehementem poterat hoc monere admirationem: sed nihil foret hæc maior, si e contrario videret Babylonem factam speluncam ferarum, ericetum spinarum, quæ momento temporis in paradysum mutaretur amantissimum: cubilia draconum in palatia Principum, destructas portas in turres quarum ad cælum usque pertingeret altitudo. Tunc meliori iure dicere liceret, quod posita esset in miraculum, & hoc communi calculo de hac muliere proloquamur: *Babylon delicta mea posita est mihi in miraculum*. Tanta est eius mutatio: ut quidem in ea est, totum sit miraculum diuinæ potentie obstupendum, & diuinæ gratiæ effectus admirabilis. Arcadicum peccatis dixeris esse sermonem, qui dicit: *Peccatrix est*. Multo prudentius quam Pharisæus dixit *Erat peccatrix*: prius talis erat, sed de hac femina dicamus, quod postmodum Angelus D. Ioan. de altera interloquitur propheta: *Bestia quæp. vidisti, erat, sed non est*: *Erat, sed non est*: erat impudica, iam sancta est: inibi delicta erat, iam honesta habitatio erat: demoniorum abominanda, nunc templum est Spiritus S. dignissimum: erat in ciuitate peccatrix *Isaia*, iam tacta est inter Scraphinos in cælo celebratissima.

Apo. 17. 11.

§. 39. Peccatrix est. Perperam dicit Pharisæus: cum iam illa mulier non sit illa, quæ fuit, sed alia, sicut Niue, & vas Hieremie.

**A** Vero longè aberrat illud Pharisæi iudicium: *Peccatrix est*, quasi illius qui stupidus ignoret veræ penitentiæ efficaciam: quæ tanta est, ut sicut confirmat D. Ambrosius in libris de penitentia, totam delectat vitam peccatoris, illique adeo novam inducat, ut dicere liceat, quod iam idem ipse non sit. Eo sensu (inquit) loquebatur quidam adolescens, quicum impudice versatus fuisset cum inhonesta mulere à Deo illustratus, culpamque agnosceus, tanto penitentiam studio aggressus est, ut sequenti die scorto factus obuius ad eoque vocatus, responderit: *falleris ô domina, falleris: non ego ille ipse quem arbitraris*. An tu non ille mihi charissimus? Nequaquam, ille namque desit esse talis, & quem modo vides longe alius est.

Satis oblectantur intellectu verba *Isaia*, quibus effectus exponit aduentus filij Dei in hunc mundum: ad literam de hoc mysterio loquitur, & de beneficio quo Deus nos dignaretur, nobis tantum dando præceptorem & redemptorem. *Et erunt oculi sui videntes præceptorem tuum*. *Isa. 30. 20* Abundantiam prædicat honorum, quæ nobis conferret, sub figura mellis ubertioris. *Et dabitur pluuia semini tuo & panis frugum terræ erit uberrimus & pinguis &c.* Evangelicæ doctrinæ dignitas signatur: quæ per totum mundum esset extendenda adeo copiose, ut ad omnes partes esset potuentia. *Et super omnem montem excelsum, & super omnem cillum eleuatum recurritur aquarum in die inspecti nis malorum eum considerent turres*. Diem vocat tempus aduentus Christi, & legis Evangelicæ: ut interpretatur D. Aug. Erit dies hic ait, intersectionis malorum, & in quo turres corruent altissimæ. Perpendo quibus duobus epithetis diem appellet prædicationis Evangelicæ & tempus legis gratiæ, diem dicit mortis malorum, & in quo turres corruent sublimiores. Hoc secundum facili negotio intelligitur: quandoquidem hic vnus fuit aduentus Christi, & Evangelicæ prædicationis effectus omnes Saranæ machinas evertit, tēpla, idola & altaria, in quibus reuerarum principes adorabantur: de quibus die Sabbati diximus Peccatum

110

I. Magdalenæ peccatrix fuit: sed iam non est.

Isa. 30. 20

Isa. 30. 25

L. quæst. nos vote. ris & no. ni testa. 9. 105.

Rem. 6. 14

II. Effectus prædicationis Evangelicæ.

Peccatum

Pellum dedit inflatus demonis cogitationes, qui mundū, vt princeps suæ subiecerat seruituti.

Porro satis operosum est alterum epithetum, quod diem prædicationis Euangelicæ cognominet diem interfectionis multorum. *In die interfectionis multorum*: quia potius dies ille censendus esset vitæ dies: quia venit mortem superaturus: etenim docente Apostolo, regnauit in mundo mors vsq; in diem illum, *Regnabat mors*. Aduenit ipse qui vita est per essentiam vt mortem occideret, vitamque largiretur. Non veni ego, sic ipse Dominus, vt fur in ouile perditurus, & mactaturus, sed saluatorus: vitamque traditurus. *Fur non venit, nisi vt furetur, & mactet & perdat, ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant.* Bene quidem diabolus: euenit nomen eius mors est: hoc autem operatus est & perfecit, nostram sibi naturam subiciens, porro filius Dei venit vitam largiturus. *Misit Deus filium suum, vt vitam per eum.* Et hoc Nicodemus confirma. it. *sicut Moyses exaltans serpentem in deserto. Et. vt omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam.*

*Ioan. 10.* *10.*

*1. Ioan. 4.* *9.*

*1. Ioan. 3. 14.*

*Marc. 16.* *15.*

*Luc. 24.* *47.*

III. Troinare vult Propheta subtilissimū mysterium in Euangelij prædicatione complendū. Quid docet nos Euangelium? Pœnitentiam. Hoc thema suæ prædicationi Christus præmisit: *Pœnitentiam agite*, & hoc suis iunxit Apostolis iam ex los acciturus quando misit illos prædicare. Hoc enim iuxta D. Marc. Apostolis præcepit: *Prædicare Euangelium omni creaturae.* Quid est hoc? Explicauit hoc D. Luc. *Oportet prædicari in nomine eius pœnitentiam, & remissionem peccatorum in omnes gentes.* Duo continet vera pœnitentia Primū: vitam occidit delectatque præteritam, vitā, inquam, peccatorum. Secundum: dat alteri nouæ principium, vt Deo quis viuat. Quando peccator suis inhaeret flagitiis, iam illis viuat, vnde opera eius vitia eo diriguntur, & Deo mortuus est, cuius intuitu, nullum habet opus, quod perfecte dicatur opus vitæ: per pœnitentiam autem vitam peccati destruit, & nouam Deo inchoat.

*Lib. 18.* *Mor. 2. 20*

*Athor. 10.* *13.*

IV. Allegoria de huius Pe-

vt ex anima tua viuificetur, prius est occidenda, & vita quam habebat perdis, illa mactanda est. Hoc D. Petro dicitur, vt animalia illa comedas, quorum figurā omnigeni designabantur peccatores: hoc est, vt illos tibi incorporares, & corpori tuo mystico Ecclesie allocies, in quo nouam diuinæ gratiæ vitam adipiscantur. Verumtamen præquirebatur, vitam in illis interimere serpentum, viperarum, bufonum, &c. qua per peccatum viuabant, & hoc fieret per veram pœnitentiam, & virtutem gratiæ Euangelij: quod D. Petro dicitur Euangelium gentibus prædicaturo: *Petre occide*: hoc idem est quod Propheta ait in die illo futurum, *In die interfectionis multorum.* Itaque efficitur illud per pœnitentiam: vt vita præterita moriatur, & noua inchoetur.

Qui diuersam habet vitam, & animam quā tu, hic a te est distinctus. Hoc dato: veram inchoando pœnitentiam, non tu non ille es, sed alius longe diuersus, alia viuens vita, alio spiritu, & aliis actionibus. Hæc est cuiuspiam abnegatio (si D. Greg. credimus) quam a te Dominus in Euangelio efflagitat. *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum:* & hæc vitæ interfectio quam dicit nobis necessariā, *qui amat animam suam perdet eam.* Hoc ipsum est toties repetitum & petitum vt nouum induamus hominem, noua simus creatura vitam exuamus veterem, & antiquum Adam, alium assumentes nouum secundum Christum eiusque Euangelium. His congrue perpendit præfatus Auctor in sensu mystico illam Spiritus S. sententiam, *Veritè impius, & non erunt.* Quomodo non erunt? Quia conuerso ad pœnitentiam, iam vita demitur peccatoris, & esse iustus incipit, ac sanctus. *Conuersi namque impij non erunt non quia non erunt omnino in essentia, sed scilicet non erunt in impietatis culpa.* Recordare Apostoli, inquit, qualiter ostēderit se iam non eum esse, qui prius fuerat, & seipsum negauit, dicens, se longe alium esse. *Vino ego, iam non ego: exiustus quippe fuerat sanus illo persecutor, & viuere ceperat pius prædicator: si enim ipse esset, pius profecto non esset.* Vnde congruenter ait: *Nuno ego, iam non ego, q. d. Ego quidem a memetipso extinctus sum, quia carnaliter non viuis, &c.* Considerandum hic quid vera operetur pœnitentia essentia vitæque scilicet immutationem, & consequenter cogitationum, intentionum, curarum & actionum, quando seipsum probas eundem qui prius, hoc tibi persuadeas, veram tuam haudquaquam fuisse pœnitentiam.

Ex hac doctrina declarat D. Augustin. dubium circa illud Domini præceptum datum huius-

117  
D. Greg. 10. 32. in Euang. Matt. 16. 24. Luc. 9. 13  
V. Peccator conuersus, non idem est, sed alius. Pro. 2. 27.

D. Aug. 22. de civ. 6. 24. T. 5. lona 1. 3. VI. Quomodo Niniue sic subuersa mystice.

ne, vt prædicaret Niniuitis, et sic suo nomine sententiam contra eos latam intimaret. *Adhuc quadragesima dies & Ninive subuertetur.* Quomodo fuit hoc verum, quandoquidem videamus, vbi illam necdum non fuisse subuersam; quomodo sit in sua dignitate & robore, firmam permansisse vt ipse Ionas non mediocriter ea de causa se ipsum affligeret, veritus ne per hoc Prophetas vt mendaces exploderent? Plurima congerunt hic interpretes, vt verbis illis suam affligent veritatem: sed ego, inquit D. Aug. ita illa ad oculum impleta conspicio; vt nullum mihi dubium superesse videatur: quia bifariam video in SS. litteris à Deo subuerti peccatores. Præmo, quando eos ob delicta puniens, occidit, & comdemnat, vt Pharaonem & Sodomam. Secundo, quando destruit in illis esse vitamque peccatorum & hostium suorum, nouamque tradit vitam & esse iustorum suorumque electorum. *Quis negauit quod dixit Dominus in illis fuisse completum, nisi parum aduertat, quemadmodum peccatores Deus non solum iratus, verum etiam miseris emersit: Emerunt enim peccatores duobus modis: aut sicut Sodomita, vt pro peccatis suis ipsi homines puniantur, aut sicut Niniuita, vt ipsa hominum peccata puniendo destruantur: factum est ergo, quod prædixit Deus: eversa est enim Ninive, quæ mala erant, & bona edificata est, quæ non erat.*

D. Aug. 10 ff. 103. ad fin. T. 8. ff. 103. 35. VII. Peccatores conuersi sunt alij Rom. 12. 14.

His consequenter præfatus Doctor explanat illam Davidis orationem. *Deficiant peccatores de terra, & iniqua, ita vt non sint.* Iam vos video, inquit, amorem conuersos talia ex ore Davidis verba intelligentes. Deficiunt, Domine, peccatores à terra; & non amplius in ea supersites viuunt: quia non vulgaris vobis hæc videtur esse maledictio. *Conuertimini, quia maledicti.* Quis est qui maledicit? David vir sanctissimus. Quid ergo, num sancti maledicunt? An illis hoc Spiritus S. Apostolis non iniunxit. *Benedicite & nolite maledicere:* Ne hoc opinetis, maledici peccatores, sed orationem pro eis fundi piissimam efficaci plei am desiderio, quo eorum souit salutem: non enim intelligendum est ab eo rogari, vt deficiant secundum vitam naturalem, sed secundum vitam peccati, & eius quod sunt quatenus nouam inchoantes vitam, in viros mutantur alios. *Plane deficiat: auferatur spiritus eorum, & deficiant, vt emittat spiritum suum, & reuertentur.* Hæc itaque vera est poenitentia quando talis est, vt te alium quam finisti, constituat. An peccata confessus es? In hac quadragesima coluisti poenitentiam? Videamus an idem ipse sis qui fuisti? Num viuis vt soles? Proceas vt ante? Ad redēs talis & ta-

lis discurre? An eadem tu adhuc bona possides, nec mala parata testuisti, nec de tuis elemosinas promissas erogasti? Num eadem sunt, quæ prius tux confabulationes? Argumentum est euidens integram tuam non fuisse poenitentiam: si namque talis fuisset: iam talis esse non deberes, qualem te fuisse conseruimus.

Ex hoc principio procedit D. Bern. vt censuram redarguat, quam modo de Magdalena fert. *Pharisæus: Peccatrix est eundem illum produ-cens locum; quem paulo superius nobis expo-sait D. Greg. O Simon, inquit, an tibi non venit in mentem illud Spiritus S. dictum: Verte impios, & non erunt.* Semel vertendo peccatorem, iam peccator non erit. *Merito promittit iam non peccatrix iuxta Pharisæi sententiam: sancta & discipula Christi vocabatur, à quo etiam didicit in tam breui esse misericordiam & humiliter corde. Nimirum hoc est, quod in Propheta legis, sed forsitan neglexisti: Verte impios, & non erunt.* Vt conuicio spectare illud, quod postmodum Dominus declarare voluit per Prophetam Hieremiam, vt suam illi Deus assereret bram: hij omnipotentiam, & infinitam gratiam suæ virtutem: præcepit igitur illi, vt in domum descenderet singuli, & Iudice. quid ageret ille consideraret. Descendit Propheta, & vidit, inquit, figulum rotæ suæ infideliem, qui manibus intus reuerteret, valque componeret, quod illico inter manus eius lapsu confringitur, & confestum idem assumens lutum, semel circummagitando rotam, aliud inde vas pulchrum pretiosum sibi que placitum efformauit. *Conuersus fecit illud vas alterum, sicut placuerit in oculis eius.*

Loquendi modum expendamus. Assumpsit vas illud quod erat, & semel illud circumuertendo, aliud effecit. *fecit illud vas alterum.* Idem ipsum erat, si spectes materiam, sed aliud si formam. Cum hæc propheta attentius perpenderet, accedit Deus, aitque illi: *Viden' hoc, quid figulus momento temporis in luto perficiat? Hoc idem ego temporis instanti in hominibus efficio.* O quale vas iræ D. Paulus, vas perditionis, vas infortis, vas ita plenum veneno mortifero, vt per os exspumaret: spiritus ministrum & cadus. *Apprehendit illud, & semel circummagitando de equo præcepit fecit vas alterum.* Idem est in materia, sed quoad figuram ita distinctum, vt iam aliud esse perhibetur. *Vas electorum est mihi iste, vt potes nomen meum: ita aliud vt iam expiret obedientiam, amorem & subiectionem.* *Dominus quid vis vis sue, vt?* Idem notandum in Mattheo & Zachæo, & latrone & alijs quos momento temporis vasa efformat alia. *Fecit illud vas alterum.*

VIII. Deus figulo in conuerso tendo peccatores comparatur. Hier. 18. 4. Act. 9. 5. D. Lucas

*Luc. 9. 29.*  
IX.  
Quid  
sufficiat  
vt alterū  
esse dica-  
tur.

Diu Lucas miraculum prodigiosa describens  
transfigurationis Christi Saluatoris, de eius vul-  
tu sic ait: *Facta est dum oraret, species vultus eius  
altera. Quomodo altera? Non in substantia, sed  
in figura & qualitatibus tantum diversis, quan-  
tum distat à luce nox, à gloria pœna & à claritate  
tenebræ: sufficit, hoc, vt dicatur aliud: species vul-  
tus eius altera. Multo magis sufficeret ad dicen-  
dum, quod peccator alius sit, quem Deus de pec-  
cato circumuertit ad gratiam suam, etenim lon-  
gè maior distantia inuenitur inter vitam culpæ,  
& gratiæ, quam inter vitam gratiæ & gloriæ:  
& longius distat à gratia peccator sceleribus  
suis inhaerens, quam iustus huius vitæ miseris  
obrutus, à gloria. Quocirca vocandus est alius,  
peccator iam conuersus: quia nunc alius est in  
vitæ suæ actionibus, curis, studijs, & negocijs.  
Itaque perperam (inquit D. Bernard.) valde iudic-  
as Simon dicendo: *Quia peccatrix est, etiam  
enim alia est. Prudentius longe tulit iudicium (in-  
quit) Apostolus de alijs, quos operarius ille ce-  
lestis assumpsit in manus suas: etenim ex pec-  
catoribus efficit sanctissimos, quibus scribens sic  
ait: Hac quidem suis sed abluta, estis, sed sanctifi-  
catis estis. Ecce. Pultis, at iam non estis. Sic de hac  
muliere pronuntiandum: quandoquidem si videris  
illam peccatricem, etiamnum & luxuriæ  
proluem, iam illam conspicis tanta lacryma-  
rum imbre perfusam, vt tibi dicere liceat: Pecca-  
trix fuit, sed abluta est sanctificata est.**

*1. Cor. 6. 11*

§. 40. Peccatrix est &c. dilexit multum  
&c. remittuntur ei &c. Adeo contra-  
rium fecit Dominus de hac muliere iudi-  
cium, vt Pharisæo illam ad abyssum depri-  
mente flagitiorum, illam statuat intra Sa-  
raphinorum altitudinem.

112

**A**liud ex prædictis elicit D. Bernard. pec-  
catum in iudicio huius Pharisæi, in quan-  
tum arbitratur. *Quia peccatrix est. Dicitur  
mihi, Simon quid in hac aduertis femina, vt  
eam iudices peccatricem? An illa forte quæ agit,  
præmissæ sunt huius conclusionis? An merita  
proecessus ad talem sententiam? Attendisse quid  
aliud in ea præter tantam lacrymarum abun-  
dantiam vt oculi fontes ingiter manantes esse  
videantur? considerasse quod alijs capitis impen-  
dat capillos quam vt his pedes abstergat Salua-  
toris? Audisse eius oris verba aliudue ex eo ni-  
sigenitus proficientes adeo viuos, vt clarè pa-  
Hieron. Bap. de Lanuza. Tom. III.*

teat eor eius esse lancinatum? quod si ex exte-  
riori iudicium debet inierit, atque ex eo quod ex acti-  
videtur id quod non videtur: actiones sunt hæc bus pro-  
tale, quas oculis intueris, non peccatricis, sed batur  
sanctissimæ: totam enim se & quidquid habet Magda-  
consecrat Deo sacrificium: Inuisibilibus visibilibus lena in  
causa consistit: vt secundum Apostolum inuisibilia esse pec-  
Des, per ea que facta sunt à creatura visibilibus intel-  
lecta conspiciuntur. Quod cernis attende, & tr. D. Bern.  
tina, vtum actiones adeo piæ tam seueræ sint Ser. 4. cit.  
merita actiæque sententiæ: & an hic præmissæ  
numeris omnibus absolutæ, conclusionem infer-  
rant sic absolutam: Peccatrix est. Errabat siquidè,  
qui tanquam adhuc peccatricem horrebat, qua di-  
uini inhaerens vestigijs rigabat stertibus, tergebat cri-  
minibus, osculo premebat, ungebatur unguento. An has  
sufficere non illi arbitraris lacrymas ad peccato-  
rum suorum maculas eluendas? Non credis  
eam tantum à culpa distare, quantum proxima  
est diuinæ gratiæ scaturigini? *Quis eam crimina  
iam deleta recensiat, ne quis tangenti succensat?  
Quis eam peccatricem censat, quæ dum commissa  
deplorat, vbi iniquitatem suam osculatur, pedes Do-  
mini, diligit inuictam, & rursum dum tergit crimi-  
bus, exhibet humilitatem, dum unguento ungit, ma-  
suetudinem præfert? Numquid possibile est regnare  
peccatum in animo contrito, & spiritum ingemiscenti-  
aut non multa charitas operi multitudine peccatorum?  
Quid plura? procedit vt charitate languidi:  
quorum conceptibus ac memoriæ altera  
peccata perpetuo inhaerent, & aliquando vt ori-  
ginalia nam de parentibus transeunt ad filios: &  
semper de proximo iudicant, non ex eo quod in  
præterito bonum conspiciunt, sed ex eo quod  
iam erat præteritum, & coram Deo deletum, e-  
iulque memoria perfectè exciderat.*

Ex his declarate solet D. Hieronymus illa ver-  
ba, quibus Bethsabee Dauidem allocutus est iam Hebrai. in  
moriturum. Filius illius nomine Adonias, quem 3. Reg.  
ex vxore Haggith genuerat, seipsum vt regni 11.  
heredem iactabat & patris sui successor: matque Be-  
thsabee talis sibi curus comparauit & equites, cuius  
partis factorem habuit Ioab ducem exercitus, positio  
& Abiathar summum sacerdotem. Hoc intelligit, pondera-  
Bethsabee, & accepto à Nathan propheta consili-  
tur.  
lio ad lectum festina contendit in quo Dauid æ-  
ger decumbebaturque illi: Domine mi, an hoc  
te fugit, quod mihi iuraueris, inter filios tuos fi-  
lium tuum & meum Salomonem regnorum tuo-  
rum fore successorem, te deprecor, vt opere iurè  
id perficias: quod nisi feceris: Erit cum dormieris 3. Reg. I.  
Dominus meus Rex cum patribus suis: erimus ego 21.  
& filius meus Salomon peccatore. Quid vis o Do-  
Eccccc mina?